

N. 216.

A. D. 1350

(26 ottobre; Indiz. IV) - Barletta

<i>Provenienza</i>	Cattedrale. (S. Chiara).
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes de Mango not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,56; larg. m. 0,30.
<i>Contenuto</i>	<i>Lillus, f. qd. Risi de Comestabulo</i> di Barletta, per la monacazione di <i>Paganella, f. qd. Thomasii Longi de Comestabulo</i> , assegna al Monastero di S. Chiara una casa posta <i>in pictagio burgi</i> ; la quarta parte di un'altra casa posta <i>in pictagio Cambii</i> , vigne 2 e ordini 26 <i>in cluso Marani</i> e un'altra casa <i>in pictagio Marsicani</i> , sotto pena di once 5 di oro. Nel contratto è firmato un <i>Clemens Magistri lilli de Barolo</i> .

† In Nomine domini nostri iehsu Christi Amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Regnante domino nostro Lodovico *etc.* Regnorum vero eius Ungarie scilicet anno nono Ierusalem et Sicilie anno tertio feliciter Amen. Mense octubris die vicesimo sexto eiusdem. quarte Inditionis apud Barolum. Nos Angelus Manganus Regalis baroli Iudex, Iohannes de Mango publicus eiusdem rerre notarius et testes subscripti liciterati *etc.* fatemur atque testamur. Quod predicto die in nostri presentia Constitutus lillus f. qd. Risi de Comestabulo concivis noster *etc.* assignavit notario Iohanni Angeli Russi de predicta terra baroli procuratori. Religiosarum mulierum sororis Marie de Baro Abbatisse Monasterii Sancte Clare *etc.* de cuius procuracione nobis constitit *etc.* per quoddam publicum Instrumentum confectum per manus notarii Angeli de henrico *etc.* presenti et Recipienti ab eo procuratorio nomine *etc.* Infrascripta bona stabilia que fuerunt qd. Thomasii Longi de Comestabulo conventa dari eidem Monasterio per eundem lillum nomine et pro parte sororis paganelle f. dicti qd. Thomasii Longi monialis ipsius Monasterii sive eandem sororem paganellam pro Monachatu ipsius videlicet: domum unam sitam in pictagio burgi ipsius terre baroli et inter hos fines videlicet a duabus partibus iuxta domos bisancii Francisci speciarrii, iuxta viam publicam et alios confines. Item quartam partem pro indiviso cuiusdam domus, cuius domus Relique tres partes pro indiviso sunt Magnei de Comestabulo et Stephani f. qd. galgani maraste, que domus sita est in pictagio Cambii et inter hos fines videlicet iuxta domum heredum Cobelli de Mutio, iuxta domum heredum Iudicis Iacobi de porta et iuxta viam publicam a duabus partibus. Item vineas duas et ordines viginti sex sive plus sive minus sistentes in pertinentiis ipsius terre in Cluso Marani iuxta vineas dotales Mathei franci de Alamagno iuxta alias vineas ipsius Monasterii et iuxta alias vineas que fuerunt Riccardi de bisantiis. Item domum unam sitam in pictagio Marsicani ipsius terre baroli iuxta domum ipsius Lilli iuxta domum que fuit Gilii de abramante et iuxta viam publicam *etc.*

† Angelus Manganus q. s. Iudex. (*Segno*).

† Clemens Magistri lilli de Barolo testatur.

† Antonius Magistri Marcucii testatur.

† Ego Iudex petrus de palmerio testis sum.